



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

L. Annæi Senecæ Philosophi Opera, Qvæ Exstant Omnia

Seneca, Lucius Annaeus <Philosophus>

Antverpiæ, 1605

M. Antonii Mvreti Ad Librvm Septimvm Natvralivm Senecæ Qvæstionvm,
Notæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53700](#)

maiores docerent, hoc minores addiscerent, vix ad fundum veniretur: in quo veritas A posita est, quam nunc in summâ terrâ & leui manu querimus.

Naturalium questionum finis.

M. ANTONII MURETI
AD LIBRVM SEPTIMVM
NATVRALIVM SENECAE
QVÆSTIONVM, NOTÆ.

DE Cometis, que propria huius libri materia est, videndus Aristoteles cap. sexto, & cap. septimo primi Meteorologicon. Plinius cap. XXV. lib. secundi, & alij.

AD CAP. I. 1. QVOD A SOLSTITIO AD MINVENDOS DIES VERTITVR.] Hac omnia & absunt à veteribus libris, & planè redundant. Quare deleri insit.

AD CAP. II. 2. VTRVM MNNDVS TERRA STANTE.] Cicero in Academicis: Hicetas (ita enim iampridem legendum docui, non ut vulgo, Nicetas) Syracusius, ut ait Theophrastus, cælum, solem, lunam, stellas, supra denique omnia stare censet: neque, præter terram, rem ullam in mundo moueri: quæ cùm circum axem ī summa celeritate conuertat & torqueat, eadem effici omnia, quæ, si, stante terrâ, cælum moueretur.

Atque hoc etiam Platонem in Timæo dicere quidam arbitrantur, sed paullò obscurius. Laertius ab aliis hunc, ab aliis Philolaum huius admirabilis sententiae auctorem putari ait. Sed & Herclides Ponticus, & Ecphantus Pythagoreus idem sensisse traduntur.

AD CAP. XI. 3. QVIBVS DAM ANTIQVORVM.] Anaxagore & Democriti opinio hec fuisse dicitur.

AD CAP. XXI. 4. SEX ENIM MENSIBVS.] Quomodo igitur tuelimur Plinium, cuius haec verba sunt? breuissimum quo cernerentur spatium septem dicrum annotatum est, longissimum octoginta. Nimis addenda est Plinio una littera C: ut sit, C. octoginta. Totidem enim diebus sex menses constant.



L. AN-